



## LITTERAE APOSTOLICAE

Nos,  
vota Fratris Nostri  
Pauli Konzbul,  
Episcopi Brunensis,  
necnon plurimorum aliorum Fratrum in Episcopatu  
multorumque christifidelium explentes,  
de Dicasterii de Causis Sanctorum consulto,  
auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus,  
ut Venerabiles Servi Dei

**VENCESLAUS DRBOLA et IOANNES BULA,**  
presbyteri dioecesani, martyres, pastores secundum cor Christi,  
eius caritatis strenui testes gregi sibi commisso inservientes,  
potissimum iuvenibus,

Beati nomine in posterum appellentur  
atque die decima septima mensis Iunii  
quotannis in locis et modis iure statutis celebrari possint.  
In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die primo mensis Maii,  
in memoria s. Ioseph opificis, anno bismillesimo vicesimo sexto,  
Pontificatus Nostri primo.

*Leo PP. XIV*